

cie ac Norwegie regnis, in Lundensibus, Vpsalensibus et Nidransiensibus ciuitatibus diocesibus atque prouinciis ac terris regum regnorum ipsorum subiectis dominio, nostro et apostolice sedis nuncio, salutem et apostolicam benedictionem. Cum oporteat te pecunias per te collectas et colligendas nostram cameram contingentes ad diuersa loca, vt inde possint peruenire ad predictam cameram, destinare assignandas personis, quibus illas recipiendi, teque quittandi exinde nomine ipsius camere concesserimus per nostras litteras potestatem, nos tibi, ut premissa melius et securius valeas adimplere, pecunias ipsas per mercatores, fide et facultatibus ydoneos, de quibus tibi videbitur, sub nomine depositi uel alias, ut tucius fieri poterit, ad loca predicta mittendi persone vel personis ad hoc deputatis, ut premittitur, assignandas plenam concedimus tenore presencium facultatem. Datum Auinione kal. Decembris pontificatus nostri anno septimo.

4382.

1348 Dec. 2.

Magnus Jonsson, kallad Sik, bortbyter till abbedissan Vendilgerd i Sko och hennes kloster 3 öresland i Skrymista (Skråmsta) i Thygbille (Tibble) socken mot 3 öresland i Thyulsaker (Tjursåker) i Hammarby socken, och gifver derjämte med sin dotter Katerina, som ingår i klostret, ett öresland och  $12\frac{3}{4}$  penningland i samma by Skråmsta.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presentes litteras inspecturis Magnus Jonsson dictus Syk in Domino salutem sempiternam. Tenore presencium euidenter recognosco me reuerendis dominabus et discretis, domine Wendilgerdi, sororum monasterii Skoo abbatisse, totique conuentui ibidem racione concambii tres oras terre in villa Skrymistum, parrochia Thygbille, sitas, cum omnibus adiacenciis prope villam et remote pro tribus oris terre in villa Thywlsaker, parrochia Hammarby, dimisisse firmo jure. Item ego Magnus supradictus predictis reuerendis dominabus racione introduccionis filie mee Katerine vnam oram terre cum xiiii:im denariis terre, quarta parte denarii terre minus, in eadem villa Skrymistum situatam, cum omnibus adiacenciis dimitto in perpetuam(!) possidendam. Quibus factis isti infrascripti sunt firmarii, primo Esbernus in Valby, Petrus Liffosson, Jacobus in Vestrobyle, Annundus in Eske, Olauus in Smidhaby, Nicolaus in Ørby, Sighwlfus in Windastenum, Ingemundus in Halundum, Ericus ibidem, Haraldus in Hagha, Vilielmus in Broby, Laurencius ibidem, Karolus ibidem, Johannes in Biwrsta, Petrus in Myklaby, Petrus in Thyelghaby, Jacobus in Nybbille, Benedictus in Eghistum, Petrus Bankasson, Magnus in Skadhwi, Carolus Saluasson, Petrus in Frøslundum, Olauus in Wi, Nicolaus Ragnosson. Item sub maiore testimonio sigilla discretorum virorum, videlicet domini Magni de Baldingstum et domini Micaelis de Knifsta vna cum sigillo meo presentibus sunt affixa. Datum et scriptum anno Domini m<sup>o</sup>ccc<sup>o</sup>xl octauo feria tertia post festum beati Andree apostoli.

På baksidan: super Skrymmæsta parochie Tibbælæ.

Sigillen: n. 1 borta; n. 2 fragment; n. 3 (andligt): ... HIELI ... DOTI ...